

---

<b>Prüfungsteilnehmer</b>	<b>Prüfungstermin</b>	<b>Einzelprüfungsnummer</b>
---------------------------	-----------------------	-----------------------------

---

Kennzahl: \_\_\_\_\_

Kennwort: \_\_\_\_\_

Arbeitsplatz-Nr.: \_\_\_\_\_

**Herbst  
2019**

**62410**

---

**Erste Staatsprüfung für ein Lehramt an öffentlichen Schulen  
— Prüfungsaufgaben —**

---

Fach: **Latein (vertieft studiert)**

Einzelprüfung: **Übersetzung Latein/Deutsch**

Anzahl der gestellten Themen (Aufgaben): **1**

Anzahl der Druckseiten dieser Vorlage: **2**

---

**Bitte wenden!**

**Der nachstehende Text ist in angemessenes Deutsch zu übersetzen!**

*Seneca beschreibt das Göttliche im Menschen und in der Natur:*

Seneca Lucilio suo salutem

Facis rem optimam et tibi salutarem, si, ut scribis, perseveras ire ad bonam mentem, quam stultum est optare, cum possis a te inpetrare. Non sunt ad caelum elevandae manus nec exorandus aedituus<sup>1</sup>, ut nos ad aurem simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat: prope est a te deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili: sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos; hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus vero vir sine deo nemo est: an potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat consilia magnifica et erecta. In unoquoque virorum bonorum (quis deus incertum est) habitat deus.

Si tibi occurrerit vetustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens lucus et conspectum caeli densitate ramorum aliorum alios protegentium summovens, illa proceritas<sup>2</sup> silvae et secretum loci et admiratio umbrae in aperto<sup>3</sup> tam densae atque continuae fidem tibi numinis faciet. Si quis specus saxi penitus exesis montem suspenderit<sup>4</sup>, non manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem<sup>5</sup> excavatus, animum tuum quadam religionis suspicione percutiet. Magnorum fluminum capita veneramur; subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet; coluntur aquarum calentium fontes, et stagna quaedam vel opacitas vel immensa altitudo sacra vit.

Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter adversa felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex aequo deos, non subibit te veneratio eius? Non dices, 'ista res maior est altiorque quam ut credi similis huic in quo est corpusculo possit?' Vis isto divina descendit.

**1** aedituus – Tempelhüter **2** proceritas – hoher Wuchs **3** in aperto – hier: am helllichten Tag  
**4** suspendere – hier: schweben lassen, tragen **5** laxitas – Geräumigkeit, Weite, Hohlraum

**Bei der Fertigung  
der Reinschrift der Übersetzung  
für Korrekturzwecke jede zweite Zeile freilassen!**